

PRAEDICABILIA  
SCOTI.  
DE GENERE.  
QVÆSTIO I.

*An locus sit generationis principium, quemadmodum, & pater?*

Etenim primum principium est unius cuiusque generationis, quem admodum, & pater, &c. cap. 2.

VÆRITVR, an locus sit generationis principium, quem admodum & pater? Quod non videtur: quia pater est principium per se, locus vero per accidens: quia non mouet.

Item: si sic: igitur & tempus erit generationis principium: quia est mensura extinsecas: sicut locus.

Ad oppositum est Porphyrius.

Ad questionem dicendum: quod oppositione est vera, si attendatur similitudo quoad genus causa: quia utrumque est in genere causæ efficientis: sic intelligit Porphyrius: id est dicit principiū, quod appropriate conuenit efficienti: falsa est autem similitudo, si intelligatur quod omnem modum causa: nam pater est

per se efficiens: locus vero tantum per accidens, scilicet, coadiuvans ad generationem, & conseruans. Differentia membrorum istius distinctionis patet secundo Physi. & 5. Metaphy.

Ad argumenta: ad primum patet.

Ad secundum dico: quod tempus non per se coadiuat ad generationem, nec saluat generatum: sed magis est causa corruptionis per se: vt ostenditur quarto Physicorum.

*Tex. cō. 13  
Ttex. cō. 3.*

Summa textus, & explicatio simul.

POSTquam expeditum est Doctor circa difficultates vniuersitatis in communis, nunc descendit ad difficultates speciales circa quolibet in particulare, initium à genere sumens: & quia assignando tres genera significationes, dicit Porphyrius in secunda: quod locus vel patria est principium generationis, quæ admodum, & pater: id est Doctor breuerit, circa hanc propositionem, mouet hanc questionem: cui, duobus Argumentis facili pro parte negantur: & hac adhibita distinctione, videlicet, quod similitudo illa vel referatur ad genus causa, vel admodum causandi: unicam bimembrem conclusionem assignat dicens: si similitudo attendatur quoad genus causa, locus est causa efficiens generationis: si vero attendatur quoad modum causandi, locus non est causa generationis.

*Conclusio.*

Primum

Primum probat: quia conservare genitum est quoddam efficiens: locus autem conservat locatum: imo coadiuat ad primordiale generationem: vt experientia constat: nam videmus multa melius conservari in loco generationis, quam alibi; licet oppositum per accidens contingat: quod cholericus genus in loco calido conservatur melius in humido: videmus etiam quod multa in quibusdam climatibus, & regionibus, generantur: quæ minime in alijs generari possunt: ergo regio, vel patria, seu locus, est generationis causa efficiens, seu principium, quo lapponiate, & per excellentiam de causa efficiente dicitur.

Secundum etiam probat: nam modus causandi pater est per se: in loco autem est per accidens: sed generare per se, & per accidens, est, alio, & alio modo, generare, vel efficerre. ex secundo Physicorum, & quinto Metaphysicæ, ergo. Maior probatur: quia secundum ipsum in primo dist. 2. quæst. 2. litera I. causa per se est, quæ secundum suam naturam per se, sine aliquo addito, quod faciat cum ipsa unum per accidens, causat: & sine qua effectus fieri nequit. Causa per accidens, est sine qua effectus fieri potest, et si sit est medio aliquo, sibi addito: sed pater secundum suam naturam producit filium: locus vero solum conservat genus: & hoc non ratione sua propria, sed medijs coelestibus influentijs, quæ in alio, & alio loco, sunt diversa, ac disiformes: ergo causare per se conuenit patri: & causare per accidens, conuenit loco: & ita maior est vera. Tandem soluit argumenta: quæ cum suis solutionibus manifesta sunt in texu.

Nota tamen: quod nonnulla possunt circa hanc questionem disputari: videlicet, quid, & quotuplex sit locus: quid generatio: quid, & quo duplex sit causa: & alia similia: quia tamen metas Logicæ transcendunt, omissa facimus, aduententes solum, locum in praesenti sumi, pro aggregato ex ultima superficie aeris circumscribente, & ex qualitatibus atque, & passiis, simul cum influenza coelesti: qui, vt sic, concurrit efficienter per accidens ad conservationem geniti, & ad illius formationem: qui, vt sic, dicitur à Doctore esse causam, non mouentem: quia non ita principaliter, & per se mouet, sicut pater: quod non conuenit temporis: quia cum sit numerus motus: & motus differe faciat quod est: id est dicitur per se causa corruptionis.

QVÆST. III.

*Quid sit diffinitum in generis definitione?*

Tripli citate igitur cum genus dicatur: de tertio, apud Philosophos, sermo est, quod etiam descriptentes assignauerunt.

*Cone*

runt dicentes: genus esse, quod de pluribus differentiis specie in eo quod quid sit, prædicatur, &c. Cap. codem.



IRE. A. hæc definitionem: genus est, quod prædicatur de pluribus, &c. quaritur primo: quid hic diffiniatur: an intentio: an res?

Quod non intentio videtur: quia intentio, cum sit accidens, non prædicatur in quid de re: quod autem hic diffinitur, prædicatur in quid de re.

Item: intentio non prædicatur in quid, nisi de hac intentione, & illa, quæ tantum differunt materialiter, & numeraliter: differentia autem specifica est formalis: quod autem hic diffinitur, prædicatur de pluribus differentiis specie in quid. Assumptum paret: quia intentio generis in animali, & colore, non differunt, nisi per illud, cui applicatur intentio accidentaliter.

Item: si hic diffiniatur intentio generis: pari ratione intentio speciei postea ergo cum ista intentione sint disparatae & disparatum non prædicatur de disparato: sequitur ergo: quod genus non prædicatur de specie: vt hic loquitur Porphyrius: cuius oppositum dicit Porphyrius cap. de specie.

Item: Porphyrius, exponendo diffinitionem, exemplificat de animali, & homine: ergo de illis intendit diffinitione dare: aliter exemplum non esset ad propositum.

Ad oppositum: Logicus tantum debet diffinire, quod per se considerat: illud est intentio: igitur, &c. maior patet: quia quidquid diffinitur ab aliquo, cognosciatur ab eo, secundum suum quod quid est: & ita per se: probatio minoris: quod primo consideratur à Logico, est aliquid commune habens unum intellectum: quia ens per accidens non est scibile raut ergo illud estres: & sic à primo considerato dicetur Logicus Artifex realis: aut intentio quod est propositum.

Ad questionem dicitur: quod res sub intentione diffinirur: quia sic res à Logico consideratur: & sic patet ad argumenta pro vtraque parte.

Contra hoc: quod hic diffinitur, vniuoce conuenit rebus omnium generum: vt animali, colori, figura & cetera: quia secundum idem nomen, & diffinitione eadem: sed impossibile est aliquam rem qualiscumque sub intentione conuenire vniuocē rebus omnium generum: ergo. Probatio minoris: res enim non potest communiori nomine significari, quā per hoc nomen, ens: si ergo res aliquas sub intentione omnibus est vniuoca; ens sub intentione generis posset esse vniuocum illis: & ita tantum vnum esset genus rerum omnium.

Dicitur: quod res illa, quā hic diffinitur, non est vniuoca: sed tantum haber proportionis unitatem: modus tamen, sub quo diffinitur, est vniuocus diversis generibus.

Contra si res sub intentione diffinitur, tunc res per accidens diffinitur: quia per hoc, quod intentio sibi accedit: sed omne per accidens reducitur ad aliquid per se, à quo illud dicitur per accidens: cū ergo res non habeat, nisi ab intentione, quod hic diffinitur: sequitur quod intentio per se hic diffinitur.

Item: si res per accidens diffinitur: quia vt sub intentione, quā sibi accedit: ergo non diffinitur: quia diffinitio conuenit diffinitio per se.

Dicendum igitur: quod res nullo modo diffinitur propter rationes factas; nec aggregatum: quia illud est ens per accidens, cuius non est diffinitio, per Aristot. sexto, & septimo Metaphy. nec res

*Text. com.  
4.5. & 6.  
Text. com.  
11. 13. & 20.  
& 21.*

sub intentione: quia illud, vel erit aggre-

gatum: vel res: vel intentio: sed intentio

sola diffinitur: tamen enim illud diffinitur:

cui per se primo inest diffinitio: & illud est sola intentio: quia quae ponuntur in definitione, sunt intentionalia: scilicet prædicari de pluribus, &c. quae, est impossibile, per se primo conuenire nisi intentione.

Sciendum tamen: quod intentio potest significari in concreto, vel in abstracto: primo modo significatur per nomen, genus, & proprię, secundum quod intentio: quia secundum hoc est applicabilis rei: & ideo, secundum quod significatur per hoc nomen, genus, diffinitur hic; vt scilicet est intentio: tamen forte, vt quid est, habet diffiniri à Metaphysico.

Propter argumenta, sciendum est:

quod prædicari, cum sit intentione, est intentionum per se: rei vero per accidens: esse vero est rei per se.

Aliud sciendum: quod, esse, in rebus primis intentionis, illud exercet, quod, prædicari, signat in secundis intentionibus.

Ex quibus sequitur: quod nomina concreta secunda intentionis, respectu huias, quod est prædicari, supponunt pro suis fundamentis, sive subjectis, respectu esse.

Ex quo sequitur: quod à prædicari ligato ad prædicari exercitum, sive ad esse, non tenet consequentia per se in eisdem terminis: sed à prædicari per se in intentionibus ad esse, infundamentis, bene tenet consequentia: sic: genus prædicatur de specie: ergo homo est animal: hic enim exercetur in secunda, quod signatur in prima. Differentia inter actum signatum, & exercitum, patet in multis: per, non, enim exercetur negatio: per nego vero signatur: per tantum, similiter exercetur exclusio; per, excludo, signatur: & ita de, præter, & excipi, & alijs. Ideo sic est arguendum: ad negationem superioris, sequitur negatio inferioris: ergo si non est animal, non est homo: vbi exercetur, quod prius per se signatum fuit, per hoc, quod dico, sequitur: & ita hic pro intentionibus superioris, & inferioris ponuntur fundamenta, scilicet, homo, & animal.

Contra hoc: quia sequitur: animal prædicatur de homine: ergo homo est animal, & tamen fit in eisdem terminis.

Dico quod consequens potest esse verum: sed non propter antecedens: quia manifestum est, quod consequens est per se; & antecedens per accidens: verius autem suam veritatem non habet à minus vero: vnde non valet consequentia.

Vel potest dici: quod non sunt idem termini antecedentes, & consequentes: quia in antecedente sumuntur, vt significata informantur intentionibus, quibus conuenit prædicari per se: in consequence, pro significatis absolute, quibus, vt sic, extraneantur, illa intentiones: & ita non sunt idem termini: quia tanta diuersitas sufficit ad fallaciam antecedentis: igitur & ad diuersificandum terminum: quia terminus variatus in fallacia accidentis est duo termini.

Ad

Ad primum argumentum dico: quod intentione non est quid rei; prædicatur tamen in quid de re: ita quod, in quid, sit determinatio inherentis, non inherentia: quia prædicari in quid est accidens: quia intentione: sicut & diffinatum.

Ad secundum patet per idem: quia hæc intentione, genus, non est quid, nisi tantum numero differentium: prædicatur tamen de differentibus specie.

Ad tertium per idem: quia genus prædicatur, de specie; licet intentiones sint disparatae: non tamen vnum est alterum.

Ad quartum dico: quod illud, quod signatur per diffinitionem in intentionibus, exercetur in rebus: & ideo in illis exemplificat, tanquam in manifestoribus: non quia de eis diffinitionem deserit.

### Summa textus.

**C**VM triplex sit, secundum Porphyrium, generis acceptio; videlicet pro plurimi collectione habentium habitudinem ad unum primum, & inter se: & sic dicunt Romanorum genit: secundo, pro principio generationis, sive illud sit pater, sive patra: tertio, pro eo, cui supponitur species, quod in hac acceptio a Lógico consideratur, & ab illo diffinitur per hoc: quod prædicatur de pluribus differentiis specie in eo quod quid: postquam subtilissimus Doctor qualis præcedente, egit de secunda generis acceptio, prius quam de ipsius diffinitione accepti: ut modo, tractet, inquit in præsenti, quid sit talis diffinitionis diffinitum scilicet, res, vel fundatum, cui applicatur secunda intentionis generis: an ipsa secunda intentionis: Et si hoc: An in abstracto: an in concreto considerata? Et quod intentione hic non diffinitur, quatuor rationibus ostendit: adducit opinionem multorum realistarum: assertorem rem sub intentione esse hic diffinitum: quia opinione recte, suam propriam apponit dicens.

Nec res, aboliore loquendo: nec aggregatum ex re, & ex intentione generis: nec res sub intentione: est diffinitum in prædicta diffinitione: sed tale diffinitum est secunda intentionis generis, non in abstracto, sed in concreto sumpta: omnes partes huius conclusionis probat: prius: quia tunc Lögicus esset Artifex realis. Secundum: quia entis per accidens non datur diffinitio. Tertium: à sufficiente diuisione. Relinquit ergo, quod diffinitum sit secunda intentione, prout à Lógico consideratur: quod est in concreto.

Tandem soluta argumenta: pro quorum solutione vna in notabile cum duobus corollariis a signat: ex quibus solutio pendet: vt videbis.

### ARTIC. I.

An omnia entia possint esse fundame-  
tum generale ita?

**V**T huius questionis Tituli completa no-  
titia habeatur, praesentem Articulum  
disputare necesse est: pro cuius intelligen-  
tia notandum: duplex esse ens, de  
quo differentias intelligi potest: primum est ens  
reale: secundum est ens rationis, & omne aliud,  
quod entitat reali, & potius opponitur: vt pri-  
uationes, & negationes, nullatenus fundare posse  
has secundas Logicas intentiones: bene tamen  
hæc posse partes Physicas, videlicet materialia  
& formam: & idem de modis rerum, ac de ter-  
minis illarum, vt de existentia, substantia, pun-  
cto, instanti, & mutatis esse, assererant.

Priorem partem probant ex Aristot: quarto  
Topicorum, text. 6. & primo de partibus animalium,  
cap. 3. prior etiam loco ait: non entis nullas om-  
nino esse species: posteriori, priuationis, qua pri-  
uatio est, nullas esse differentias: ergo, &c.

Secundo, ad rationem generis, & speciei, ne-  
cessaria est omnino aliqua entitas positiva, qua  
per differentiam contrahatur, constitutaque Met-  
aphysica naturam inferiorem: sed in prius ne-  
gationibus, aut priuationibus, nihil est, aut con-  
cipitur, per modum entis; sed velut pura entis  
ratione: ergo repugnat in iijdem esse omnem  
rationem generis, & speciei. Maior probatur:  
qua Metaphysica compositione sit per accessum  
formæ ad genus, tanquam ad materiam: sed nisi  
genus concepiatur per modum entis, non est ca-  
pax recipiendi formam, per quam determinetur;  
& similiter, nisi differentia consideretur, vt posi-  
tiva, neutram habebit rationem formæ: ergo  
rationes generis, & speciei, debent esse positivæ,  
quales non sunt rationes priuationis, & nega-  
tionis.

Secundam partem probant Artic.: conclusio  
ne priua, & secunda: quia modi illi plus ha-  
bent entitatis, quam entia rationis, quæ lecti-  
tum omnes has intentiones fundare possent: &  
in partibus Physicis nulla appetit Analogia impediens  
vnius conceptus præcisionem a mate-  
ria, videlicet, sublunari, & coelesti, & ab omni for-  
ma in particulari: ergo, &c.

Secunda sententia, & opposita, videtur con-  
formior Doctori: pro qui notandum primo: quod  
vt aliquid sit vniuersale Logicum, nonnullas cō-  
ditiones requiri: p: i: m: a: vt sit ens limitatum: defi-  
fectu cuius, transendentia, licet de pluribus pre-  
dicentur, non sunt vniuersalia Logica: secunda,  
vt sit vnius scimus: quapropter equinocia, vt anis;  
non dicuntur vniuersalia: tertia: secundum Doc-  
tor: in primo dist. 8. quæst. 5. quod sit natura in plura  
diuersibilis, & plurificabili: quare Essentia diuina

*2. Sententia*

*1. Nota:*

*vni.*

## Prædicab. Scoti. De Genere,

144

vniuersalis denominari nequit: quarta, quod fit ens importans conceptum per se vnum, & in complexum: quare nec ens per accidens, nec distinctione, vniuersalia appellari valent: quia non dicunt conceptum per se vnum.

**2. Nota.** Secundo notandum: quod sicut in rebus positivis datur natura generica, quæ nō est aliquid à rebus distinctum, sed est quædam ratio communis per intellectum abstracta, omnibus species conueniens, & de omnibus à qualiter prædicabilis: ita in priuationibus reperitur quædam natura generica suo modo, id est, communis, & vniuersalis, omnibus priuationibus conueniens, & de omnibus à qualiter prædicabilis, quæ nihil aliud est, quam carentia formæ in subiecto: priuationes enim ad modum entium positivorum cognoscimus.

**1. Conclusio.** Dicendum primum. Omnia entia rationis proprie dicta possunt relationes generis, & speciei fundare: hoc est communis cum Doctore, passim in his questionibus: nam hæ sunt vere genus est vniuersale: genus est species: ut supra vidimus.

**2. Conclusio.** Dicendum secundum. Non solum entia realia completa, & in recta linea prædicamentali collocata sed etiam incompleta, & quæ reduciuntur in ea ponuntur, possunt predictas secundas intentiones fundare, respectu suorum inferiorum: hæc quoad primam partem ab omnibus concedit: quod secundum statuit contra Catænum, & Toletum capite de specie oppositum de materia, & forma defendantes: sed ultra ratione à Comibensibus factam, probatur primo, natura, vt possit vniuersalis denominari, solum postulat, vt sit ens limitatum, vniuocum, & per se vnum: sed tam anima: v. g. quæmateria, & alij modi, sunt huiusmodi: vt inueni patet: ergo.

Secundo probatur à Hieronymo Valera lib. 1. dist. 2. Art. 1. quæ st. 7. ad hoc vniuersalitas denominat naturam, vt possumus illam de multis affirmare, & prædicare: ergo id, quod intelligi potest, vt dicens ordinem ad plura, & vt quid potens esse in illis, & de illis prædicari, & potest concepi, vt ratio vna vniiformis, & indistincta, est subiectum, capax vniuersalitatis: sed entia realia incompleta sunt huiusmodi: ergo dices: & est fundamentum Caietani; si partes Physica, & Metaphysica, & reliqua entia in completa, sunt genera, & species: sequitur: tum, quod erunt per se in prædicamentis: quia genera, & species, ad rectam lineam ordinantur etiam: quia erunt perfectae species: quod talibus entibus competere nequit: quia non sunt composta perfecte.

Respondeo: non omne genus, seu speciem prædicabilem, est genus, seu speciem prædicamentalem; licet bene ē contraria: & ita non sequitur primus inconveniens: nec etiam sequitur secundum: quia vt sit species prædicabilis, sufficit, quod sit Metaphysica composta ex genere, & differentia in completis: & quod sint distinctiones, eo modo, quo entia sunt.

**3. Conclusio.** Dicendum tertium. Priuationes, & Negationes in genere, sunt harum intentionum fundamenta. Hæc est Doctoris quæst. II. Predicam. &

in secundo dist. 37. vbi vult peccata inter se species per priuationes distinguuntur: & quæ in nostra Schola communis, contra Comibensenses, & alios, quos ipsi citant, & probatur: inter peccata datur vera distinctione specifica moralis, ut omnes Theologatentur: sed talis, in probabilissima opinione Doctissimo & D. Thomæ, sit per priuationes morales: ergo saltem priuationes sunt genera, & species fundantur.

Secundo: cæcitas, & surditas, distinguuntur species: ergo hæ sunt prædicationes generis de specie: cæcitas est carentia formæ in subiecto aperto: & surditas est carentia formæ in subiecto aptato: ac per consequens in priuationibus datur genera, & species.

Ad argumenta patet: quid sit dicendum: fatetur enim priuationes non fundare proprie, & fructus, genus, & speciem: quia hoc est proprium entium realium: & hoc tantu vult Philosophus: & fundamentum arguentorum: bene tamen large, & suo modo, has intentiones fundate posse.

## ART. II.

### Quid sit distinctum in distinctione generis, & aliorum predicablerum?

**Q**VIACU tamvñuersale in communis, quæ quodlibet in particulari, sit non men connotatum dicens vnu pro materiali, scilicet ipsam naturam, quæ vniuersalis denominatur: & aliud pro formalis, videlicet, ipsam formam vniuersalitatis: ex quo quodlibet quadrupliciter potest sumi: primo, pro re substracta, de qua Art. præcedente: secundo, pro ipsa forma, seu relatione rationis: tertio, pro aggregato ex utroque: quarto, denique pro re substracta, vt subest tali intentioni; vel pro ipsa intentione, vt denominat rem substractam: inde fit ex varietate acceptiorum generis varietatem opinionum resultare. Et quamvis omnes cum Doctore conueniant, genus pro aggregato hic non distinxit: quia ex texto Metaphysica, per accidentis non distinxit; nec etiam generitate in abstracto: quia talis à Logico per se non consideratur: non tamen respectu aliarum generis acceptiorum conuenient omnes.

Vnde est prima sententia aliquo vñ assertens, 1. Sententia distinctum in hac, & in alijs vniuersalibz distinctionibus, est naturam ipsam secundum se sumptu probatur primo, natura secundum se sumpta est, quæ inest multis, & de multis prædicatur: non vero secunda intentione: ergo natura ē hic distinctione cœdens, probatur: nam animal est, quod de homine prædicatur: & nō genus: homo enim non est genus, sed animal.

Secundo, illi conuenit prædicari de inferiortibus, cui conuenit ab eisdem abstracti: sed hoc non conuenit secunda intentioni, sed ipsi naturæ: ergo illi conuenit prædicari: ac per consequens ipsa est distinctum.

Secunda sententia est aliorum assertorium 2. Sententia natu-

## Quæst. II. Artic. 2.

145

naturam, non secundum se, sed prout subest secundæ intentioni, est hic distinctum: hanc, quæ in textu innominata auctore ponitur, existimando defendi à Paulo Veneto, quem postea sequuntur Rubius, & Murcia, in hoc capite, tenentes naturam esse distinctum quod, & secundum intentione esse distinctum quo: vnde quodlibet est per distinctum: & vtrumq; est per te distinctum totale: fundamentum præcipuum huius sententie sic te habet: distinctum per se, & completum, istius distinctionis nequit esse natura secundum se (in distinctione enim alibi distinctum per se non est corpus præcise) nec genericitas, cum de illa nequeat distinctio verificari: illa enim non est, quæ prædicatur, sed tantum ratio formalis prædicandi: sicut albedo non est alba, sed forma, quæ corpus est album: ergo cum concierto, ex modo sue significacionis, essentialiter concernat subiectum; quando distinctum, ipsum subiectum distinctum: & ex ipso, & formâ, vnum totale, & completum distinctum coalescit.

**3. Sententia.** Tertia tandem sententia est nostri Doct. & omnium tuorum, afferens secundam intentionem in concreto, quæ per hoc nomen, genus, explicatur, est huius distinctionis distinctum: pro qua notandum primo, ex omnibus Scottis cum Doctore in prælenti, scindunt tamen: & in Anteprædicamenta quæst. & quæst. II. & in I. dist. 4. quæst. 1. & in 4. dist. 1. q. 1. lit. T. quod quodlibet accidens reale potest dupliciter considerari, & significari, vel in abstracto, vel in concreto: vt albedo, & album: quæ duæ acceptiones conueniunt in hoc, quod significant idem primo, & per se ipsum scilicet accidens: differunt tamen in modo significandi: nā abstractū significat formam accidentis non vt alteri adiacentem, sed quasi per se stantem: concierto vero significat formam cognitam in abstracto, sicut dicitur: vnde istius intellectus, animal, color, figura, & alias naturas, quæ sunt in multis species distinctis, cognitæ in hoc, quod est esse in multis species distinctibus, abstractū, & format de illis; quatenus sic coenunt, conceptu vnum quidditatū terminū, sed omnes, pro ut habent quidditatē: ex se communē negantur, vt sint in pluribus differentiis species, & potest comparans hunc conceptum obiectum habentem vnitatem proportionis ad ipsas naturas, prout habent esse cognitum, resultat in illis relatio inferiorum, & in conceptu relatio generis, seu superioris: quare talis conceptus cognitus, & comparatus, est materiale ad quatuor generis in communis, & relatio inter ipsum, & illas naturas resultans est ad quatuor formale, quod dicitur genericitas, & quod per se per hoc nomen, genus, significatur. Itaque genus, de formalis significat hanc relationem: & de materiali conceptum illum ad plures naturas species differentes comparatur: & idem de reliquis prædicabilibus: & de ipso vniuersali in communis, vt ab ipsis abstractū à rei forma denominatur.

Vnde cum genus, & quodlibet vniuersale, sit quoddam cœcretum rationis: quando significatum suum, scilicet genericitas, ponit sub modo significandi concreto, tunc retinet nomen suum asuetum, sub quo de primis intentionibus prædicatur, quod est genus: & hoc modo propriæ significatur secundum quod est intentione secunda: quia ratio intentionis secunda est, quod sit applicabilis primis: nam s significatum formale generis, quod est idem suæ concretione, & sub arbitratione, significaretur in abstracto, tunc non

potest applicari rei, ad quam est aptū applicari: eo quod non potest illi applicari, nō per prædicationem: consilat autem: quod nulla secunda intentio potest prædicari in abstracto de re prædicta intentionis: hæc enim est falsa, animal est genericitas: i.e. semper prædicatur in concreto: itaque genus de formalis significat genericitatem, & de materiali concreto, & vel animal, seu animal naturam, quæ de ratione, & cui per intellectum attribuitur: & hoc est suum genus in concreto: & idem de alijs vniuersalibus dicatur suo modo.

Secundo notandum: quod illa quodlibet vniuersalibz duplex est distinctum, materiale, scilicet, & formale, vt diximus: quodlibet adhuc est duplex: alterū ad quatum, alterū inadquatum: ad quatum materiale est natura denominata in communis, vt abstractū ab omnibus naturis particularibus, inadquatum vero materiale est quilibet natura in particulari. Adquatum formale est secunda intentionis denominans naturā in communis, & communis: inadquatum autem formale est una secunda intentionis denominans naturam particularem. Exemplis ad propositū, res manifesta fieri cognoscens intellectus noster animal esse in homine, & Leone: & colorē esse in albedini, & nigritate: & colorē albedini, & nigritate: in qua comparatione resultat in animali, & colore, vniueſalitas generis in particulari, & inadquata: quia scilicet denoniat animal & colorē, quæ materialia inadquata dicuntur: vnde istius intellectus, animal, color, figura, & alias naturas, quæ sunt in multis species distinctibus, cognitæ in hoc, quod est esse in multis species distinctibus, abstractū, & format de illis; quatenus sic coenunt, conceptu vnum quidditatū terminū, sed omnes, pro ut habent quidditatē: ex se communē negantur, vt sint in pluribus differentiis species, & potest comparans hunc conceptum obiectum habentem vnitatem proportionis ad ipsas naturas, prout habent esse cognitum, resultat in illis relatio inferiorum, & in conceptu relatio generis, seu superioris: quare talis conceptus cognitus, & comparatus, est materiale ad quatuor generis in communis, & relatio inter ipsum, & illas naturas resultans est ad quatuor formale, quod dicitur genericitas, & quod per se per hoc nomen, genus, significatur. Itaque genus, de formalis significat hanc relationem: & de materiali conceptum illum ad plures naturas species differentes comparatur: & idem de reliquis prædicabilibus: & de ipso vniuersali in communis, vt ab ipsis abstractū à rei forma denominatur.

Dicendum primo: Distinctum in generis distinctione non est natura realis se secundum se sumpta: est Doct. contra primam sententiam: & præter argumentum in textu postulati, ad oppositum: quæ hanc conclusionem probant: probatur vñtria: quia cum distinctione explicetur naturam rei, quæ distinctum: illud erit in distinctione distinctum, cuius natura explicetur: sed in distinctione generis, quod est applicabilis primis: nam s significatum formale generis, quod est idem suæ concretione, & sub arbitratione, significaretur in abstracto, tunc non

1. Conclusio.